eorum patronus deffecit quia die precedenti
~~[illegible]~~ migravit a seculo et die sequenti
hec acta sunt. Nam die septimo
~~[illegible]~~ mensis Iunii mortuus est sanctus
presul Petrus et cardinalis et die 8.
eiusdem mensis eiusdem anni fuerat
recitatus conflictus. Quamdiu enim
Moyses manus porrigebat ad celum tamdiu
filii Israel dimicaverunt; cessante manu
cessabat victoria, quia cessante causa cessat
effectus. Conformiter quam diu iste
sanctus supervixit lupi vincebantur, sed
eo mortuo quod dolendum est lupi do-
minantur ovis. Mortuo igitur sanctissimo
viro Petro non permittens Deus tam
sanctum virum oblivioni tradi ipsum
indesinanter facit coruscare luce mi-
raculorum, nam cecis dat visum, claudis
gressum in infirmitatibus oppressis exibet
tocius sanitatis relevamen. Rex autem
Arrogonie omni macula leprositatis
infectus, facto voto, ad sanctum Petrum
misit ibi .... a/ ad ecclesie
fabricam que de novo ubi sepelitur con-
struitur, statim sanatus est, ita ut
nullius macule contactus in eo quis
reperire possit. Sed non est silencio
pertranseundum quod inter cetera insignia a/
que de eo feruntur dicitur quod tantum
amorem sibi impressit ymaginum b/ cruci-
fixi ita quod Deus visibiliter sibi
sepius apparuit in huiusmodi effigie,
eum confortans in orationis contumatione,
et eum supportans in dyaboli temptatione.

a/ loc. vac. rel. quinque fere verborum

a/ insignia c.

b/ ymaginę c.